ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 51v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



non uterque & libere; Propterea & is quidem ancilla nas
citur. heres quidem non fit cum filio liberae! Acce
pit tamen dona. & non dimittitur uacuus! Ac
cepit & ipse benedictionem! sed filius libere ac
cepit repromissionem; Fit & ille in gentem mag
nam! sed iste in populum adoptionis; spiritaliter. Er
go omnes quidem qui per fidem ueniunt ad agnitio
nem dei. possunt filii abrahae dici! Sed in his
aliqui pro caritate adherentes deo! Aliqui pro
ma & u & timore futuri iudicii; Vnde & apostolus
iohannes dicit; Qui timet non est perfectus in
caritate! Perfecta autem dilectio. foras mittit
timorem; Iste ergo qui in caritate perfectus est. de
abraham nascitur. & filius est libere; Qui uero non per
fecta caritate. sed futurae poene m & u & supplicio
timore
tenore mandata custodit! Est quidem & ipse filius
abrahae. accepit & ipse dona. id est operis sui mer
cedem. Quia & iam qui calicem aque frigide
dederit tantum in nomine discipuli. non peribit
merces eius! Tamen inferior illo est. qui non in seruili
timore. sed in caritatis libertate perfectus est; Tale ali
quid & iam apostolus ostendit cum dicit. Quamdiu
quidem heres paruulus est! nihil differt a seruo.
cum sit dominus omnium. sed sub tutoribus est & actoribus usque;